

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**

**II. Spes.**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](#)

potentia tua tam in veteri , quām in nova  
Lege patravit , indiēsque patrat , prae-  
tim in hoc ineffabili fidei mysterio , & in  
explicabilis amoris Sacramento . O si Gen-  
tiles , Judæi & Hæretici omnes idem vi-  
vacissimè mecum crederent !

*II. Spes.*

**I**N hac Omnipotentia tua , mi Deus , om-  
nem spem meam & fiduciam singularem  
repono : cùm enim tu omnia possis , nihil  
que tibi sit impossibile : spero omnipoten-  
tiam tuam in omnibus necessitatibus me-  
is certò mihi adfuturam . Confido Ean-  
dem , mihi peccatorum remissionem , pœ-  
narum indulgentiam , amorem tui eximi-  
um , gratiam efficacem , perseverantiam  
finalem , omniaque media ad salutem æ-  
ternam necessaria aut opportuna , libera-  
liter concessuram . Hâc omnipotentiâ ste-  
tus , si consurgant adversum me castra non  
timebit cor meum ; & si insurgat in me  
prælium , in hoc ego sperabo : hostiumq;  
visibilium & invisibilium cuneos pene-  
trabo securus : quoniam tu es protector  
meus & liberator meus : adjutor meus &  
redemptor meus : illuminatio mea & salu-  
mea , quem timebo ?

*III. Hh.*

